

**ARRESTA ALIQUA
REGIÆ CAMERÆ SVMMARIÆ,
QVÆ UVLGO
DECRETA GENERALIA,
ET EXEMPLARIA
NVNCVPANTVR.**
DONATO ANTONIO DE MARINIS,
EIVSDEM SUPREMI TRIBVNALIS
 Præsidente Collectore.

I.

Die 4. mensis Ianuarii, 2. Inditii. Neapol.

Mis a forma super appretio in Re-
gno Siciliae edita per nobilem &
cgregium legum Doctorem Do-
minum Petrum de Monteforte di-
ctum Piccolomini; per Regiam Cameram pro-
visum, decretum, & declaratum est, quod in
omnibus Regni Ciuitatibus, Terris, & lo-
cis obseruetur, prout praesenti decreto ob-
seruari mandatur, iuxta illius feriem, conti-
nentiam, & tenorem, & in hunc modum pro-
vt sequitur.

In primis, quod quilibet de loco praestet
cedulam unam continentem omnia eius bo-
na mobilia, & stabilia, & valorem ipsorum,
& pecuniam.

Item in dicta cedula artas, & magisterium
ponatur, seu ars afferentis cum numero fi-
liorum, seu filiarum, & distinctione artarum
ipsorum, & aliarum personarum, seu fami-
liae necessariae sibi.

Item distinguantur bona stabilia per loca,
& fines, & si sunt censualia, vel franca, & qui-
busnam debentur census laicis, vel ecclesias-
ticis.

Item onera debitorum, & in qua specie, vel
quibus debentur.

Item ponatur infestio agritudinis si quam
habent.

Item ponantur alia iura, que consistunt
in censibus, seu extaleis, seu redditibus cum
quantitate, & valore.

D. de Marin. Collect. Decr. Gener. & exempl.

Item si motatur ad pensionem, & quan-
tum, & cui soluit pro pensione annua.

Item afferens cedulam praetet Sacramen-
tum, quod verum posuerit.

Qua cedula habita cum sex eligendis ex-
aminente illam de contentis in ea, verificara-
que teneant hunc modum.

Considerent qualitatem bonorum stabili-
per fructus annuos, & locorum qualitatem
discernentes, & onus ipsorum bonorum, &
deducto onere, & pensione si quam soluit pro
habitatione, valor reliquorum appretietur an-
nuitatim, vel proprietas eorum.

Item modificant qualitatem, & etatem per-
sonae, ac onus, & utilitatem filiorum, & filia-
rum iuxta qualitatem parentum, & etatem eu-
rundem filiorum, & filiarum ad compensan-
dum onus, & estimandum vilietatem.

Item modificant expensas necessarias, & fa-
miliam necessariam iuxta conditionem ipsius.

Item si quis habet mobilia, & tenet ea ex-
tra locum habitationis sua, teneatur soluere
pro illis, & debent appretiari in Terris sua
habitationis.

Item considerent industrias personales iux-
ta qualitatem artium, & industriarum ipsa-
rum temporis, & etatis personæ, & si est per-
sona, que habuit, seu habere debet indu-
striam, & non vitetur eius defectu, vel dolo,
imputetur sibi, non tamen gaudet immuni-
tate industrie, quia dolus, negligencia, &
accidia non debent deferre commodum co-
mittenti.

Item omnes excedentes annos sexaginta
ab industria sint exempti mecanica ratione,